1868 Bagallardus a Flumine (Paulus) Libellus de Egritudinibus et Remediis Infantium, *lit. rom. long lines, 24 to a full page, 40 ll. without marks* [*Hain*, *2244 ; *Proctor*, 6756], PATAVII, *Bar. Val.* (BARTH. VALDEZOCHIO) ET MARTIN DE SEPTEM ARBORIBUS, 1472 —Petri de Abbano, Tractatus de Venenis, *lit. rom. long lines, 26 to a full page, 30 ll. without marks* [*Hain*, 8 ; *Pellechet*, 7 ; *Proctor*, 6775], [colophon] *Padue, Anno Domini* M.CCCC.LXXIII. *Deo gratias* (1473)—Tractatus Magistri Arnaldi de Villa Nova de Arte cognoscendi Venena, *lit. rom.* (*ut supra*), 18 *ll. without marks* [*not in Hain* ; *Pellechet*, 1305 ; *Proctor*, 6775], *absque nota* (*ut supra*) ; in 1 vol. *old calf, from the Fountaine sale*, 1902, *sm.* 4*to*
RARE

Three pieces apparently although

Proctor (? in error) takes (2) & (3)

together.

[illegible] Sale

£3.10.

[illegible]

June 1902

A. H*2244. Proctor 6756

Padua. Bartholomeus de Valdezoccho

with Mart. de Septem Arboribus. 1472

Type 2

B. H. 8: Pellechet 7. 1473.

Padua. Achates. Type 1.

C. Not in H. Pellechet 1305. n.d.

Proctor 6775.

Hain-Copinger II p. 73. no. 649

CW 2421

BAGELLARDUS (PAULUS) a Flumine.

7417. De infantium aegritudinibus ac remediis.

Bartholomaeus de Valdezoccho, with Martinus de Septem Arboribus. Padua. 21 Apr., 1472.

Sm 4°; sigs. [*^{2}; ab^{10} c^{8} d^{10}]; 40 leaves; 24 lines; roman characters; {Padova, press i (a), type 2}; capital-spaces.

1^{a}; [blank]. 1^{b}; Incipiunt capitula secundi libri. [Table; ends 2^{a}, l. 6.] 3^{a}; AD ILLVSTRISSIMVM PRIN||CIPEM DOMINVM NICOLA||VM TRVNO DIGNISSIMVM. || DVCEM VENETIARVM DO||MINVM SVVM PRECIPVVM. || LIBELLVS DE EGRITVDINI||BVS INFANTIVM PER MAGI||STRVM PAVLVM BAGELLAR||DVM A FLVMINE EDITVS IN||CIPIT FOELICITER. 40^{a}, l. 10 [Colophon]; Opusculū de egritudinibus & remediis īfā-||tium ac totidem capitulis cōpilatū p egregiū || ac famosissimū artium & medicine doctorē || magistrum Paulum bagellardum a flumīe || fœliciter explicit. || Sola miseria caret inuidia || M. CCCC. LXXII die xxi Aprilis. || BAR VAL patauus F. F. || MAR de septem arboribus prutenus.

Hain *2244. Proctor 6756. B. M. Inc. Med. 20.

Large capital Q on leaf 3^{a} illuminated in red and blue; capitals and paragraph-marks inserted in red or blue. A few MS. additions.

In 18th-cent. binding (containing also no. 7471), stamped in gilt on back with the figure of an elephant. From Sir Andrew Fountaine's library (sold by Sotheby, June 1902; lot 48 in sale-catal.); later in George Dunn's library, with his book-label and pencil notes (lot 1868 in sale-catal., no. 7017).

The first treatise on diseases of children (Osler, no. 7243, p. 29). It is also the first strictly medical work sent by a contemporary author to the press. See Sudhoff, 'Erstlinge der pädiatrischen Literatur', Munich, 1925, containing facsimile reproductions of this and of two other incunabula, the 'Regiment der jungen Kinder', Augsburg, 1473, of Bartholomaeus Metlinger (died *c.* 1491), and the 'Opusculum egritudinum puerorum', Louvain, *c.* 1485, of Cornelis Roelants (1450–1525).

Bagellardus spent most of his life at Padua, where he began to teach philosophy in 1441 and medicine in 1444. He died at Venice, either in 1494 or, more probably, on June 1, 1492 (Sudhoff).

7471. Tractatus de venenis. [With Arnoldus de Villa Nova: Tractatus de arte cognoscendi venena, and Valascus de Tarenta: Tractatus de epidemia et peste.] [Leonardus Achates.] Padua. 1473. A952

Sm. 4°; sigs. [a–c^8 d^6; e^{10} f^8]; 48 leaves (the first blank); 26, 27 lines; {Padova, press iii, type 1}; capital-spaces.

This Book has escaped the industrious De Bure. Vide 3823.

This was certainly printed by Bartholomew Valdezochio & Martin de Septem Arboribus Printers at Padua.

Incipiunt capitula secundi libri.

fuogo terra Aria Aqua fuogo terra Aria Aqua fuogo terra Aqua

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM DOMINVM NICOLAVM TRVNO DIGNISSIMVM. DVCEM VENETIARVM DOMINVM SVVM PRECIPVVM. LIBELLVS DE EGRITVDINIBVS INFANTIVM PER MAGISTRVM PAVLVM BAGELLARDVM A FLVMINE EDITVS INCIPIT FOELICITER.

QVantum domui tuæ illustrissimē princeps debeā: nec Liuii nec Ciceronis lingua aut eloquentia exprimere: nec quiuis alius felici stilo comprehendere posset. Nā cū puto me in clarū uirū olim euasisse dūtaxat beneficiis illius preclari genitoris tui patricii honestissimi: qui me innata sibi humanitate ad medicinalē sedē euexit in qua octo & uiginti solares circulos honeste militaui: Ingratitudinis notā me facile subiturum facile intelligebam: nisi ꝓ uiribus eniterer aliquid saltē in tāta tue felicitatis āplitudine

¶ Ceterum cũ non auri neq; argenti copia mihi suppetat quod meæ facultatis ē munusculũ in minimã partē remunerationis paternorum erga me meritorum tue serenitati dedicaui: Libellũ uidelicet de egritudinibus infantium nuper a me compilatũ: ut suauis quidam fructus ex benefitio lucubrationũ mearũ percipiat Oro itaq; atq; obsecro Serenitatē tuã ut non rem sed mittētis uolũtatē considerãs leta fronte atq; clara facie destinatũ nomini tuo opusculum suscipias

Libellus de egritudinibus infantiũ bipartitus est In prima parte ponunt modi figurãdi infantē fassiãdi aut cũ institis aut fassia & balneãdi & modũ cibãdi & modum lactionis maxime primi mēsis & electio nutricis Et modus corrigēdi lac ipsius nutricis aut matris Et breuiter modus gubernãdi infantem in sex rebus non naturalibus in primo mēse Secũda ps contin& egritudines pticulares infãtiũ incipiendo a capite continens capitula uiginti.

¶ Prima ps de regimine infantium in primo mense.

QVm infans precepto dei ualuā egredit̄
tūc obstitrix manu lēta suaui habēs pā-
nū lineū nō asperꝝ sed potius lene & ātiquū
debet inuoluere gremio suo imponere &
aduertere an infans uiuus sit an nō an ma-
culatus idest an niger uel albus seu uiuidi
coloris an respiret uel nō ꝙ si reperiret ipsū
calidū nō nigrū debet inflare in os eius ipso
nō habēte respirationē aut in anū eius. ꝙ si
contingit anū esse obturatū sicut aliquādo
cōtingit pellicula quadā orificii ani obtu-
rari debet ipsā scindere cū nouaculo aut au-
ro ignito subtilissiō aut aliquo instrumēto
ꝓporcionali .ꝙ si infans uiuus fuerit uiuidi
coloris tūc debet scīdere umbilicū seu uenā
umbilicalē dimittēdo illā lōgitudinis q̄tuor
digitorꝝ ligādo ipsā filo retorto aut lana re-
torta aut serico leui tamen ligatione ne do-
lorē patiatur & sic stare sinas usqꝫ ad casum
seu cōsolidationem umbilici . ꝙ si cōtingat
umbilicum nō consolidari tunc debet im-
ponere puluerem mirre aut aloes aut quod
melius est puluerem mirtilorum. ¶ Deinde
facta ligatiōe ūbilici obstitrix debet īpōere

infantem in peluim seu mastello aut aliquo uase proporcionali repleto aqua dulci calefacta suaui caliditate que non mordaci nec frigida non salita secūdum morem grecoꝝ. Et debet intromittere infantem in tali aqua seu balneo tenēdo cū manu sinistra caput eius eleuatum cū manu autē dextra debet formare caput orbitates oculoꝝ mundare nares os apire infātis & leui fricatiōe mādibulas fricare brachia & manus & omnia fomare. Deīde panno lineo calefacto suaui calefactione ipsū inuoluere & corpus īfātis sugare. post hoc habito panno lineo subtili debet imponere capiti infantis admodum caputei. deinde habet pannū lineū suauem & mollem & infante situato super crura obstetricis caput & īfantis situato circa pedes obstetricis pedibus autē infantis situatis supra corpus obstetricis debet obstetrix īfante leuato inuoluere ipsum panno lineo supradicto inuoluendo pedes eius prius brachiis super eleuatis. debet inuoluere pectus eius & corpus infantis stringere cum fassia aut institis tribus aut quatuor ligatiōibus circū

circa deinde habeat aliud linteamē seu pa-
nisellū & obstetrix trahat manus infantis p
directum uersus genua & cossas figurando
eas equaliter ut infans nullam gibositatem
recipiat & tunc ligare aut inuoluere cū eadē
fassia aut eisdem istitis adiutoria & brachia
infantis & manus ut recte figurēt. Deinde
debet inuoluere infantem super pectus in-
fantis dorso infantis eleuata uersus coelum
& accipere in manu sua pedes infantis &
facere cum manu sua ut calcanea infantis
tangant nates ipsius infantis ad hoc ut ge-
nua ipsius debite situantur Deinde debet
dirigere crura infantis & cum alia fassia et
institis et panisellis superius nominatis de-
bet ligare cossas aut inuoluere et crura et
pedes suauiter tamen deinde accipere infā-
tem & inuoluere ipsum pāno laneo aut ad
modum nostrum i capeta suffulta pellibus
ouinis et hoc stante hyeme Stante autem
estate inpanno lineo simplici.

DEīde obstetrix ponat ipsum super stra-
to camere aeris temperati nō luminosi
ymo magis ad obscuritatem tendentis ne

ex nimio lumine infans efficiatur cecus aut strabosus aut tortuosus postea coopiat ipsū īfantē leui coopertura circumuoluendo circa caput eius linteamen aliquod aut pānicellum non tangendo caput tamē īfantis nec coopertura tāgat os aut nares ne suffocetur & sic dimittere ipsū dormire facta aūt uigilatione tunc obstetrix aut mater aut mulieres astantes habeant parum zucari aut mali seu pomi cocti perfecta coctione permixta cum zucaro & imponant ori infātis hoc est enim perfectissimū & laudabile nutrimentum & laudabile medicamē īcitat enim infantem ad expellendum per uiam uentris seu ani Deinde habeant nutricem etatis uigintiquinque annorum usque ad tregintaquinq; que sit complexionis sanguinee aut parum recedentis mediocris carnositatis non crapulosā bonorum morum non utens coitu aut si infans pauperculus est nutriatur seu alatur latere matris que tamen debet sibi cauere ab omnibus rebus habentibus lac conturbare seu inficere aut alterare sicut acrumina legumiua carnes

grosse aut carnes salite pisces saliti caseos
salitos & antiquos magis quam nouos ira &
coytus exercitium superfluum balneum &
crapula & tūc talis nutrix debet lactare in-
fantem leui tamen lactatione ne ex multa
lactatione incurrat coagulationem lactis in
stomacho & tūc completa lactatione debet
nutrix mittere infantem ī cunabulis & co-
operire ipsum coopertorio nō tangente os
eius & mouere ac ducere cunabulum hinc
inde leui motione & mouens cunabulum
debet facere sonum suauem uoceq̧ cantare
leui tamē aut suaui cantu ut spiritus infātis
cōgaudētes suo simili alacres fiant nec de-
bet esse in camera strepitus aut uox horri-
bilis aut aliquod habens terrere infantem.
Deinde obstetrix debet ipsum balneare se-
cūdū consuetudinē nunc habitam duabus
aut tribus locionibus quāuis tamen secūdū
sententiam auctorum ātiquorum deberet
balneari usque ad mensem sed quia usque
ad mensem uarii & diuerse egritudines ac-
cidūt sicut sunt stipticitas uentris clamores

in nocte & in die ideo stante stipticitate uẽ-
tris debet nutirix aut mater aut obstetrix
accipere stercus muris & infundere ipsum
ĩ oleo comuni comestibili & imponere ano
infantis suaui tamen immissione & si paci-
atur dolores debet ĩungere ilia & pectinem
infantis oleo anetino ꝙ si contingat infãtẽ
pati epilepsiam aut anelensiam aut tortuo-
sitates oculorum debent applicari ea quæ
dicentur in sequenti parte.

¶ INCIPIT PARS SECVNDA. DE EGRITVDINIBVS INFANTIVM CONTINENS. C. XX.

C. I. de saphati fauositate & eius cura.

EGritudĩes quæ accidunt pueris & ĩfantibus quãuis sint uarie secũdũ complexionem infatiũ & pueroꝝ tamen secundum ꝙ dominus illuminauit declarabimus egritudines eorum usque ad tempus recte locutionis idest septẽiannorũ inchoando a capite tanquam a sede anime rationalis usque ad pedes & nõ dicemus ea nisi q̃ collegimus ab autoribus nostris & q̃

hinc inde uidimus & experti sumus.

ACcidit igit̃ in primeua etate dispositio q̃ sahaphati appellat̃ aut fauositas aut uulgari nostro malũ puerorũ quæ egritudo non causatur nisi ex corruptione lactis aut superhabundantia eius aut ex dispositione contracta a uentre matris seu natiuitate & quamuis secundum sententiam Rasis in tractatu seu libello de egritudinibus puerorum sit aliqualis differentia inter saphati & fauositatẽ quia in saphati nulla est squama sed sola excoriatio ĩ fauositate uero sũt pustule a q̃bus emanat sanguis mixtus cũ sanie aut aquositate & aparẽt quasi squame desuper & tamen secundum sententiã eius fauositas est species saphati & non differunt nisi secundum magis & minus ex eo quia non accidunt nisi ex corruptione sanguinis aut lactis aut sanguinis permixti cum flegmate salso ut dictum est quæ dispositio seu egritudo secnndum sentetiam auctorũ nullatenus curãda est nisi cura naturali aut ipsa ducente infantem ad extraneã aliquã

egritudie ymo tale saphahati secūdū setētiā
Auicenne Galieni Serapionis Alliebatis et
fere omniū auctorū medicine excusat fratē
m seu preseruat a uariis et diuersis egritu-
dinibus sicut epilepsia mater puerorū spas-
mo tinea & tiria & melācolicis passionibus
& reddit īfantem hilarē atq3 iocundum Sed
quia hodiernis temporibus oportet medicos
non secundum canones operari sed aliquā
do & si non contra canones secūdū totum
saltem secundū patem & iō oportet medicū
uolentem adiscere curam huic dispositioni
nullatenus restringere sed magis applicari
medicamīa attrahētia leui attractione aut
suaui lauādo caput infantis leui lotiōe facie
eleuata uersus cœlum cum decoctiōe ordei
excorticati & malue Deinde accipere caules
torefactos leui torefactione super cineres &
ungere butiro loto & applicare capiti: quod
si cōtigat huiusmōi sohaphati restrīgi tūc
debet accipere folia edere & suere ad modū
bireti & torefacere & ungere ut dictū est de
caulibus sed quia defedatio faciei aliquādo

odiosa ē matri uel parentibus tūc ad remo-
uendum eam absque periculo debet mater
aut nutrix habere caput lactis & ungere fa
ciem infantis continue trahendo manum
uersus uerticē capitis. Quod si contingat
infantem pati instantiam uigiliarum & cō-
tinue mouere caput hinc inde ex eo quia
manus eius sunt alligate fassia aut institis
unde non potest manu scalpere tunc com-
prehendimus hoc non prouenire nisi ex
maxīa acuitate materiei aut uēenositate ei-
us et tūc nutrix aut mater eius debet accipe
folia atriplicis et torrefacere ea leui torre-
factione supra cinerem et apponere capiti
infanti attrahit enim ad se uanenositatem
hūoris et acuitatē testat̄ hoc Rasis tractatu
supra scripto ubi inquit ꝙ quociensciūꝗ cō-
tingit infantem clamare et cōtinue moueri
debemus admistrare folia atriplicis et ego
exptus sū ꝙ si cōtīgat īfātē esse adultū aliter
ꝗa unius āni aut pluris tpis tūc cōpetit un-
guentum huiusmodi prius tamen purgata
nutrice et ipsa obseruante debito regimine

℞.ceruſe litargiri ān.ʒ.v. lixiuii de cinere uitis ʒ.iii.olei roſ.ʒ.i. cere.℥.i.liquefiat cera cum oleo roſ. & terantur cetere medicīe & cōficiantur omnia cū duobus uitellis ouoꝝ aſſatoꝝ Aliud ad idē ℞ gallarū ʒ.iii.granoꝝ almel.ʒ.ii.baurach auī unum ſulphuris citrini auī ii.arſenici rubei ariſtologie āboꝝ ān.ʒ.s.ſaliſarmōiaci fruſtri teſtudinis ueteris furni amigdalaꝝ amaraꝝ excorticataꝝ eris uſti.uenarū citrinaꝝ merdaſēgi radicū capparoꝝ folioꝝ fici ſiccoꝝ radicū cane ſicce zimar aluminis iameni ſief memite olibāi omnium ān aureū.i.terantur medicine & cribellentur & conficiantur cum aceto uini donec fiant ſicut ungentum & ponātur in ſole donec permiſceantur. Deinde caput pueri ungatur hoc enim unguētum utile ē non ſolum ad ſaphati ſed etiam ad omnia ulcera capitis & tineam & allopiciam & ad lendes et pediculos et ſcabiem ulceratam et ad ſimiles etiā egritudines antiquas De exptis autē ad huiuſmodi egritudīes ē ſtercus galline uſtum uel aridū permixtū cū melle

expertū est mirabiliter iuuare radices altee decoctas cū urina pueri ungendo caput.

¶C.I.I. de epilepsia.

EPilepsia est egritudo prohibens mēbra aīata ab operatione sensus & motus non integre propter opilationem cōtīgentē ī uentriculis cerebri & spirituum cursibus sensitiuorū & motiuorum Fit autem talis egritudo merito alicuius timoris siue strepitus uel huiusmōi. Accidit aūt talis egritudo īfātibus aut pueris in primeua etate aut post natiuitatē. ꝗꝛ si accidit a natiuitate non curatur aut uix ex permutatione etatis aut regionis aut temporum anni testatur hoc ypocras in secūda āfforismoꝝ āfforis. Epilēticoꝝ iuuenibus testatur hoc Auicēna prima tercii ca. de epilepsia et fere oēs auctores qui si non curatur ex tali permutatione cum illo cōmoriūtur Si autem est epilepsia post natiuitatē et paciens sit infans lactans tamen non sumens cibum in cunabulis tunc oportet nutricē habere regimen in sex rebus nō naturalibus. uidelicet habere aerē

remotum ab omni impressiōe mala cauere ab omnibus cibis. multiplicantibus materiā flegmaticā sicut sunt pisces sicut & lac omne quod conficitur cum pasta carnes grosse uinū grossum legumina allea cepe scalonie & olera omīa exceptis buglossa acetosa borragine fructus crudi acetum & omnes res uaporosas sed sumat carnes uitulorum aut edorū aut castratorum perdicū faxianorū utatur ouis sorbilibus Consideraturque lac ipsarū utrū sit aquosum & uiscosum quod aprehenditur accipiendo guttā unam aut duas lactis & ponere aut mulgere sup unguem aut ferrū tersum et politum seu marmor aut uitrum et comprehenditur utrum lac retineatur illic tempore longo uel non quod si flectendo aut plicando aliquod istorum lac retineatur nec remoueatur comprehēdimus ex isto lac esse grossum et uiscosum q̄ si parum flectendo paꝝ descendat nec retineat̄ secundum partem tunc comprehendimus ex illo lac esse maxime aquositatis et oportet rectificare lac nutricis

ſtante lacte groſſo cum reducentibus ſeu rectificātibus lac reducendo ipſum uerſus mediocritatem que omnia inferius dicētur Sed quia talis egritudo multum infeſtat infantem & teretur pater & mater & omnes aſtantes ſeu inſtantes & cū infans nil poſſit ſumere per uiam oris ſed ſi ſumit parum ē ideo ponent que experta ſunt in cura epilepſie Sentētia autem plurium auctorum eſt ꝙ ſmaraldus ſuſpenſus collo remouet epilēſiam Sententia omniū autorum quaſi ꝙ peonia quocūq; collo ſuſpenſa ſiue ſemē ſiue radix eius tollit epilepſiam & hoc uerū & probatum eſt Pariformiter aſſerunt aliq auctores ꝙ ſiquis combureret ſuem ſpīoſū ſeu ericium & aliqd pulueris ad bibendum dederit ſubito tollit epilepſiā teſtātur & aliq fidedigni ꝙ lignum crucis quod lignū naſcit ſupra quercu ex quo fit uiſcus ſuſpēſum collo tollit epilepſiam & omnem uertiginē

De rebus autē maxie exptis ē tyriaca magna ſeu andromaci pmixta cū lacte mulieris cū pauco zucari.ro. ātiq tamē īfātes cauere debent ab omni terrore & ſtrepitu q̄ habent

inducere talem morbum.

C.III. de spasmo puerorun.

ACcidit & pueris spasmus de repletione aut de inanitione de repletione autem maxime carnosis. De inanitiōe autem infantibus. aut ꝓpter febres exicātes aut ꝓpter continuos clamores unde cōtingit aliquādo infantes tetanari ut non possunt flecti nec ad partem anteriorem nec posteriorem que passio secundū aliquos appellatur alcuhes aut alcuses Si igitur paciūtur spasmum de repletione custodiēda est nutrix ne lac ipsius sit declinans ad humiditatē multū idest ne lac sit aquosum sed nutriat' magis cibis habentibus ĩcrossare lac. Et abstinendus est infans a multa lactatiōe & a multo somno Inungenda sunt quoq; mēbra ipsius ĩfantis ex oleo yrino.i. liliorū alborum aut de oleo alkeiri. Si autē cōtingit infantē esse exiccatū nutrienda est nutrix cibis humectantibus substātifice & qualitatiue: sicut sunt carnes laudabiles decocte cum rebus frigidis & humidis Et maxime si spasmus talis sit post febres longas & in ungende sunt iuncture

cū oleo uiolato & pauco cere nōnulli autem intromituut īfantes in balneo decoctionis capitū porcoꝝ iuuenum aut castratorꝝ aut edorum fatiūt decoctionem istarū carniū usqꝫ ad relaxationē ipsarum & intromittāt infantē ī tali balneo deīde faciūt unctionē īfanti ex oleis iam dictis hoc tamē expiētia scio qꝫ uidi q̄plures infantes tecanatos ut nō possint flecti ad partē domesticā neqꝫ siluestrem. i. anteriorē & posteriorē qui cum sola unctinoe facta spōdilibus colli ex oleo lilioꝝ alboꝝ aut ysopo hūida releuati sūt Et curati fauente domino a tali cotractione De rebus autē maxime exptis maxīe stāte spasmo hūido ē tiriaca magna seu ādromaci. ¶ C. IIII. de instantia uigiliarum. i

ACcidunt etiam pueris instātie uigilaꝝ ꝑpter q̄s accidunt pueris insōneitates & clamores perturbantes parentes nutrices & omnes domesticos ¶ Cui accidenti Et si uaria nominentur ab auctoribus semper a leuioribus inchoandum est ¶ Cum omnia prouocantia somnū narcotica sint & quodāmodo stupefaciētia A leuioribus autem

inchoando: Est facere unctionem fronti &
naribus ex oleo uiolato: Secundo ex oleo
uiolato & anetino permixto cum lacte mu-
lieris lactantis ipsum infantem & modico
cere: Tertio addendo unctioni supradicte
parum opii aut succi iusquiami aut succi
mandragore: Quarto facere unctionem
ex ungento populeon leui tamen unctione
& in parua quãtitate Et quãuis secũdũ sen
tentiã autorũ nostrorum debemus magis pro
cedere per extrinsicus applicata . tamẽ contin
git aliquãdo & intrĩsicis aliquid admĩstrare
Vt infans cibũ assumat accipiat panatellã
cũ emulsione seminis papauerum albi quãuis
etiã Rasis papauer nigrum uel eius emulsionẽ
:quod minime laudo Vulgares autẽ nostri
administrãt infantibus parum requies descrip
tiõe Nicolai: que & si sit laudata a Nicolao:
non tamẽ nisi urgẽte magna necessitate ad
ministranda est .

C. V. de egritudinibus oculorũ infantium

ACcidũt ĩfãtibus egritudĩes oculorum uarie
& diuerse uidelicet obtalmia . tũefactio
oculorum & strabositas : Quae due egritudies

uidelicet obtalmia & tumefactio oculorum maxime accidūt aut propter frigitdiatē aut propter coruptionē lactis ¶Strambositas aūt aut contrahit a principiis natiuitatis aut ꝑpter malū regimē situationis infantis in aspectu luminis aut modo iacēdi ¶Si igitur accidat tumefactio oculoꝝ Et sit rubor in facie & ifrōte color rubeus tūc cōfert hoc medicamen ℞.succi mēte folioꝝ rosaꝝ ān.ʒ.i. croci mirre ān.ʒ.i.s. puluerizēt & cōficiant cū lacte mulieris & supponat oculis extrīsecus & fronti cottidie renouādo quousqꝫ aperiāt oculi ¶Si aūt in oculis non fuerit rubedo nec calor in facie aut in fronte magnus ℞. mirrā crocū aloē & folia ros.& confice cum bono uino & sup oculos pone ¶Exptū maxime ad hoc est mittere in naribus infantiū parum ambre distēperatum cum lacte mulieris ¶Si autem accidat infantibus pruritus aut scabies cū sola emulsione lactis nutricis aut mrīs ē sūma cura ¶Si aūt patiāt strabositatē seu oclōꝝ tortuositatē maxiē situādi sūt sup latera opposita ut:grā exēpli ¶Si oculi sūt eleuati & contorti uersus angulū seu lacri-

male sinistri situandi sunt ut iaceant super latus dextrum & lumē situādū est similiter in latere dextro: ut ex intuitu luminis existē-tis in dextro latere dirigāt oculi. ¶ Opposito aūt modo si oculi sint contorti uersus lacri-male dextrum uel uersus ptē dextrā: tūc oppo-sito modo est situādus puer & lumen etiam situādum. ¶ Si aūt oculi sint Strabi opposito modo quia unus ad dextrā alter ad sinistrā tūc situandus est infans corpe resupino Et accipe speculū calibeatū sperice figure. aut picturas pulcherrimas aut aliq delectabile ut infans ex uehemēti intuitu delectatione maxime intueat figuras aut spēs represen-tatas in speculo unde oculi dirigantur ex rectitudine intuitus & sic pp̄ter continuā considerationē factā firmāt oculi in dispo-sitione seu situ suo naturali.

¶ C. VI. de egritudinibus auriū ab intra

Accidūt & pueris ad intra aures pustule nonnulle emittētes saniē & aquositatē: & etiam pruritus maximus: quo maxime infestant pueri infestatq nutrix & mater propter clamores maximos ex dolore aut

corrosione facta Et si multa dicant ab auc-
toribus pauca experta enarrabimus Primũ
est accipere cotum antiquũ.i.nõ nuper car
minatũ & imponere in aures in modũ tẽte
Et mũdificare saniem ab ulcere egredientẽ
Et iterato immittere tẽntã aliam mundam.
Secundũ est intromittere tãtã inũctam oleo
cõi aut aqua mellis Et si cotĩgat liberari in-
fantẽ fiat & replicetur tẽta usq; ad sanationẽ
cõpletam. Quod si sanies aut aqua adhuc
emanauerit: tũc tẽta supradicta coti ĩuncta
aqua mellis & puluere yreos: aut mirre aut
aloes intromittat usq; ad sanationẽ cõpletã.
.Aliud ad idẽ similiter ualet accipe alumẽ &
dissolue in uino & intĩge liciniũ & ĩtromitte
aut accipe crocum & nitrꝝ & tere cũ aqua &
aceto & intromitte. Quod si contingit ex
istis nõ liberari ĩfantẽ tunc scias fistulã esse
factã intrinsecus Et infãtẽ non liberari nisi
ex permutatione etatum.

C.VII. de apostematibus auriũ ab extra.

Accidũt & pueris pustule post aures di-
uersoꝝ colorum. uidelicet albe citrine
nigre & rubee: nigre aũt mortales quodãmõ

ſunt. q̃uis tamẽ remedia tribuenda ſint eis: ut dicet᷑ Citrine aũt ſunt minoris malitie. Albe uero ſalubres & rubee ſimul que tamẽ puſtule nullateus poſſũt curari infãte nihil ſumẽte p uiã oris: Sed magis regimẽ adhibẽdũ eſt matri aut nutrici teſtat᷑ hoc Raſis in tractatulo ſuo de egritudinibus pueroꝝ teſtat᷑ yſaac de egritudinibus pueroꝝ & priceps Auicẽna tertia primi de regimĩe ĩfãtiũ

¶ Remedia hoꝝ adhibẽda extrinſicus ſtãtibus puſtulis Citrinis mater uel nutrix nutriat᷑ oleribus frigidis ſicut ſunt endiuia. ſcariola· lactuca. ſecũdũ ſentẽtiã Auicẽne cucurbita. Stãtibus aũt puſtulis albi coloris· tũc nutriat᷑ magis feniculo origano calamẽto .i. decoctione iſtoꝝ olerũ cũ cerne caſtrati aut uituli aut pulloꝝ Santibus aũt puſtulis nigris q̃uis ſecundũ ſentẽtiã auctorũ ſint morrifere ut teſtant᷑ auctores preſcripti Et magis adhibẽdũ eſſet regimẽ iuuenũ q̃ infantiũ nutriẽda ſeu alẽda eſt nutrix cibis factis cũ decoctiõe bugloſſe lupuloꝝ cũ carnibus ſupraſcriptis medicãdaq; ẽ medicinis corrigẽtibus q̃litatẽ prauam adhuſtiõis ſanguinis ſicut Syrupis

digerẽtibus melancoliã ſicut ſyrupũs de epithĩo de fũo terre de acetoſitate citri cum aqs cõuenietibus ſicut aq̃ bugloſſe lupulorꝝ capillorum ueneris Deinde euacuanda eſt cum medicinis appropriatis ſicut eſt Electuariũ de epithĩo dyaſene ſolitiuũ & non ſolutiuũ pillule de fumoterre pillule inde . & quãuis ſecundum ſententiam Raſis in tractatu ſu praſcripto cõpeterent Iere magne quedam: tamen abhoribiles ſunt hodiernis tẽporibus non uſitatis ideo illas relinquam. Quod ſi contingat puſtulas illas eminentiam facere magnã. ſicut cõtingit aliquãdo apoſtemata magna poſt aures oriri: aut parũ iſra aures tũc fiat unctio cũ oleo liliorꝝ alborꝝ quod irinũ appellat: aut cũ oleo camomillĩo & adipe gallĩe aut anatis recentis aut parum butiri aut cũ unctiõe q̃ appellat Anodina.i.cõfortatĩa Quod ſi cõtigat ab hoc apoſtema nõ diſſolui aut remoueri cũ emplaſtro facto ex decoctione radicũ maluauiſci cum anxugia porcĩa nõ ſalita maturet apoſtema & apiatr aut flebotomo aut ruptorio deĩde cirugicus ſe exerceat ĩ cõſolidãdo & mũdificando .

¶ C.VIII. de pustulis siue acola oris.

Accidunt & pueris ad intra os pustule & acola ĩ lingua & palato diuersoꝝ coloꝝ quia quedam cineritie. quedam. albe. alie rubee. alie citrine & alie nigre: quarũ quedam sunt salubres: sicut omnes exceptis nigris q̃ aliqualiter participãt naturã cancri ¶ Ideo curã nigrarũ relinquemus: quia hoc ptinet magis ad cirugicum q̃ ad phisicum ¶ Si autẽ sint citrine: aut rubee cũ calefactiõe pcepta tangendo cũ digito intormisso in ore: tunc nutrix nutrienda est & alenda oleribus frĩs sicut endiuia scariola cicorea portulaca lactuca & huiusmõi ut lac eius sit causa extincti onis acuitatis colere & sanguinis ¶ Si autem pustule albe fuerint magis nutrienda est ex cibis habentibus uim alterare sãguinẽ & lac sicut: decoctiõe calamẽti feniculi borraginis & similiũ habentibus uim aliqualiter remouere malitiã sanguiuis & lactis ¶ Palatus aũt pueri stantibus pustulis citrinis: seu rubeis ungendus est cum aqua decoctionis balaustiarum corticum granatorum capularum glãdiũ aut cũ succo portulace: aut plantagĩs

Nigra

Citrina
Rubea

Citrina et
Rubea

aut scariole aut sempuiue aut succo solatri

¶ Sed de rebus maxime expertis ut testatur Rasis. testaturq; Auicenna & ysaac in locis propriis Est dyamorō. & succus mori & rob nucum Et hoc expertus sum non solum in alcola aut pustulis sed in corosione gingiuarꝝ infantium & corosione lingne .

¶ C. IX. de dolore gingiuarū infantium .

ACcidunt pueris tēpore emissionis dēciū dolores gingiuarum ¶ magni & intēsi & quāto dolores maiores fuerint tāto dētes firmiores erunt ¶ Si autem accidit tempus emissionis dentium in uere uelociter oriūt propter caliditatem superuenientem aeris . ¶ Si autem in estate tardius oriuntur ¶ propter frigiditatē autūpni superueniētis ¶ In hieme autem adhuc tardius propter firgiditatem precedentis temporis ¶ In autupno autem si accidat tēpus emissionis dentium deterius erit quam in aliquo precedētium quoniam magis uite inimicatur cū frigidus sit & siccus ¶ Succurrendum est autem apparētibus tumefactiōibus gingiuarum ¶ cum fricatione ipsarū cū manibus proprus & emittūt

multitudinem bauositatum. Et cum lactāt stringunt papilas mamillarum & cum itromittit digitus in ore stringūt forti strictura

Succurrendum est igitur eis & accipere cādelam ceream uirgineam nouiter factam. Et prebere infanti ut masticet eā: quia ꝑpter teneritatē ipsius & unctuositatē cere causat aliq̄ dilatatio gingiuarꝝ. Secūdo facere unctionem gingiuarum ex oleo de seminibus lini aut mucilaginis earꝝ aut mucilaginis seminis altee. aut stante multa caliditate gingiuarum mucilagine seminis citoniorum:

A proprietate autē laudantur ab auctoribus nostris pinguedo anatis recens. butirum recens nō salitū. laudatur ultima laudatiōe cerebrum leporis. & lac canis lactantis. Vltimatū autem remediū est scalpere gingiuas leui tamen scalpellatione. Nonnulli autem auctores precipiūt ut toto tempe. quo ma infestatur dolor gingiuarum fiat decoctio camemilli & aneti & fiat lotio capitibus ipōrꝝ. Et si dolor augmentatus fuerit. Accipiatur butirū uacce uel medulla cruris eius & pōet super gingiuas & cū apparuerīt capita dētiū

ponatur super caput pueri & collum lana
munda. Et sic pmittatur. Quoniã hæc ẽ
cura solepnis & cura probata.

C. X. de scissuris labiorum.

ACcidunt & pueris scissure labiorum. q̃
causantur in eis aut propter acuitatem
lactis. aut propter duritiem mamillarũ: aut
porpter corruptionẽ lactis. Quod si causet
propter acuitatẽ lactis tunc regenda ẽ mater
aut nutrix cum oleribus frigidis nomĩatis
superius. Q si propter corruptionẽ lactis.
rectificadum est lac. ut dictũ ẽ. Q si ꝑpter
duriciem mamillaꝝ mollificãde sunt extre-
mitates mamillarum mulierũ. Labia igitur
infantium liniantur ex aqua rosaꝝ pmixta
cum pinguedine gallinæ. aut accipe lanam
bene carminatã & pone in succo plãtaginis
seu lantiole: cũ aliquãtulo butiri: aut ãxugiæ
gallinacei & labiis ũctionẽ facere. De rebus
autem maxime expertis est accipere aquam
rosarum. & farinam amidi & ũctionẽ facere
seu labia ungere. De rebus etia autẽ maxie
expertis ad scissuram non solum labioꝝ. sed
extremitatũ mamillarũ & manuũ & pedũ.

¶Et scissuras uirge ani & matircis. ℞ cere ci-
trine adipis anatis. ysopi humide. olei rosaꝝ
ān ptē. i. dragaganti amidi mucilaginis sēis
citonioꝝ ān partem ß. gallaꝝ cineris pilloꝝ
caude equi sulphur̄ usti. plūbi usti: ān ptem
i. ß teratur terēda. & misceat̄ & fiat unguētū
quo prius locus inungatur Deinde ex hoc
puluere superaspergatur. ℞. masticis gallaꝝ
ciner̄ pilloꝝ caude equi. plumbi usti corticū
granatoꝝ ceruse · plūbi dragaganti. corticū
thuris ān partes equales. Infundantur oīa
per diem & noctem in uino pontico. postea
exiccetur super lamīa ferrea aut super ter-
rea postea teratur & fiat puluis subtilissiūs
¶Ad idem ualet. ℞. litargiri mirre dragagāti
ān pulueri sētur subtiliter. Et cum cera uir-
ginea & parum olei & mellis & fiat ungētū
Sed prius madefiant labia infantis saliua ꝓ-
pria. deinde petia inūcta unguēto predicto
labiis infantis apponatur. In mane autē cū
aq̄ tepida labia infantis lauentur. ¶Vnguētū
ad idem. ℞. ceruse. ʒ. i. cere. ʒ. iii. litargiri ca-
chimie argenti masticis ān. ℈ · ii. ß. olei roß
quātum sufficit & fiat unguentum. Aliud

ad idē ℞ ciperi aluminis galle mirre arse-
nici plumbi usti omnium ān cum modico
oleo rosarum fiat unguentum hoc autem
maxime ualet & cōfert quociēscūq; apparet
nigredo scissurarum labiarum

¶ C.XI.de Apostematibus gutturis infantiū

Acciduntq; pueris apostemata circa partes
gutturis que sunt apostemata duarum
amigdalarum & apud uulgares nostros appel-
lāt gaiones que apostēata causant in eis aut
propter frigiditatem aeris cōprimentis sub-
stātiam cerebri aut propter nimiā caliditatē
calefaciētem aut propter nimiā plenitudinē
infantium ex superflua lactatiōe aut come-
stione . Cura autem ipsorum maxime est
habenda cum diligentia Ex quo non fari
sciūt : ut nutrix : aut mater aut aliquis dis-
cernat utrum febrem patiātur aut non aut
patiatur difficultatem degluciendi . & cum
incipit dormire uideatur quasi suffocari Et
tunc debet intromittere digitum in gutture
īfantis & leui tactu querere a lateribus circa
partes gutturis utrum pcipiat ibi apostema
adesse aut non . Q2 si apostēa repertū fuerit

debet cum digito indice. eleuare apostema ¶ Accipiẽdo apostema. ĩ extremitate inferiori gutturis subleuãdo ipsũ leui tamẽ subleuatione prius ex una parte deinde ex alia deinde unguere guttur infantis cum dyamoron aut rob nucum: aut cũ syrupo de mirto. ¶ Extrinsecus autem fienda est unctio ex oleo lilio℞ alborũ cũ pinguedine galline aut anatis recentis: apponendo extrinsecus gntturi pueri lanam succidam aut linum uel stuppã carmĩatã. ¶ Aut accipe linum aut stupã: & ĩfũdere ĩ urinã pueri. ¶ Et extrĩsecus gule appõere. ¶ De rebus aũt maxĩe expertis ẽ accipe cassiãfistulã idest nouiter extractã ex cãna & pistare ipsam seu contũdere ultima contusione: deinde postea gutturi apponere in formam emplastri. ¶ Secundum sententiam autem ¶ Mesue de cura squinãtie atrahende sunt aures sursum aut pili attrahẽdi sunt in uertice capitis sed hoc magis competit pueris fari scientitibus quia nimium terrerent infantes. aut ex tractiõe capillo℞ aut aurium.

¶ C. XII. DE TVSSI ET REV-

[R]EVMATISMO INFANTIVM.

Acidit īfantibus tussis & reumatismus Aliquando ex frigiditate lingue ut uix possint claudere epiglotum Aliquādo etiam ex frigiditate pectoris aliquando uero ꝓpter materiam descendentē a capite Si accidat ex frigiditate lingue tussis tunc hoc comprehēdimus quia uix possunt diglutire nec emittunt bauositates & tunc curandi sunt cum administratione amigdalarum dulcium pistatarum permixtaꝝ cum caricis pīguibus & aq̄ feniculi & admīstret māe & sero Et hoc si deglutire possūt Si aūt nō deglutire possunt cū sola unctione facta cū digito aut penna ipsi gutturis cum lacte amigdalarū dulcium.aut cum succo liquir . aut cum farina amidi permixta cum lacte amigdalarū dulcium fieri debet Q si cum tussi fuerit aspitas tunc cum mucilagine seminum citoniorū & penidiis & oleo amigdalarum dulcium Et hoc nō stante febre . Q si febris affuerit succum mali granati dulcis misceas cum pēidiis. & decoctiōe aut succo liquiricie. Si autem tussis ex descensu

Catari causata fuerit quod cognoscimus ex eo qa infantes emittūt bauositates cū multitudine flegmatis circa os. tunc competunt medicamīa ista uidelicet. ℞ seminis papauer̄ albi dragaganti ān.ʒ.ß.seminis cucumer̄.ʒ.i.Et confice cum aqua in qua cocti sint sebesten & administra. Aliud ualēs ad tussim puerorū. ℞.passulas enucleatas.& fac bulire in uase ferreo·ne indurentur. Et postea remoue ab igne & pista & misce cū eis tantūdē de penidiis & da puero māe & sero ad modū nucis. Ad idē ad tussim frigidam. ℞·mirrā & misce cum melle & oleo amigdalarū. Et propina seu administra non stante plenitudine pectoris pueri. Stante aūt plenitudīe pectoris pueri. Accipe dragaganti.galbani. mitte in uitello oui Et si in hoc multa laudata sint ab auctoribus sicut ea q̄ dicta sunt de rebus maxime conuenientibus nostris temporibus sunt si infans adhuc parue est etatis quia duorum aut trium mensium ymo usque ad ānos tres & causetur tussis p uiam reumatismi. Est facere unctionem pectori a leuioribus īchoādo. Accipe butir̄

nō ſalitū & caules torrefactos ſuper cineres Et ūgere caules cū dicto butiro Et applicare unum foliū caulis pectori ¶ Aliud autē foliū dorſo correſpondente ex oppoſito pectoris. ¶ Aut facere unctiōem ex oleo ſiſamino. aut amigdalaꝝ dulcium. piguedine gallinæ butiri recentis. oleo uiolarū addēdo parū croci cū cera Aut facere unctionem ex ſolo yſopo hūida Aut facere unctionem ex mucilagīe ſeminis lini. aut altee Stante autem febre ex unctione facta ex oleo uiolaꝝ & amigdalaꝝ dulcium & modico ceræ ¶ Q2 ſi tuſſis per uiam reumatiſmi cauſatum non remoueatur tunc comiſſure capitis cruciati: parum pulueris roſaꝝ & ſandarace quia: duo aut tria grana in pōdere īponant mane & ſero. Ad hoc etiā maxime confert accipe pillulā unā ſtoracinā ſi īfātes cape poſſint qntitatē unius grani milii aut orobi aut lēticule. Cōfert etiā medicamē hoc uidelicet multo tempore lactationis ut ꝶ. gūi arabici. ſemīs citoniorum liqr̄ penidiaꝝ miſceant cū lacte & admīſtret infanti ¶ Q2 ſi contingat pueros eſſe adultos quia etatis trium ānorū uſq; ad ſeptē ānos

Et tussim patiantur cataralem & stricturam pectoris: tunc competit syrupus de liquiricia non stante febre cũ modico syrupo de prassio cum aqua farfare capillorũ uenerĩ. Stante autem febre cum syrupo uiolarũ & unctiões prescriptas pectori applicãde sunt & alia ut supra. Et competunt pillule euacuantes ut sunt pillule de Iera cum agarico aut de Iera simplici usq; ad. v. numero Et cõtingit aliquãdo ꝓpter maximam stricturam narium tussim pati quia materia quæ secũdũ naturã debet emitti per nares magis trãsmittitur ad guttur & tracheã arteriam. Cõpetit unctio facta ex butiro solo ĩ radice naris superiori inter duos oculos Et naribus ĩponere cum pẽna aut coto oleũ amigdalarũ dulcium aut sisaminum Et si pueri possent attrahere per nares aquam decoctiõis ordei cum zuccaro candi aut aquam decoctionis ordei cũ modico aquæ maioranæ & parum succi blitis esset medicamen cõueniens diuertens materiã a partibus posterioribus ad ptes anteriores. Cõpetũtq; fricatiões spatularũ suaues & leues facte circa spatulas: q̃ tamẽ nõ debẽt

fieri nisi ordinata premissa purgatiōe aliq̄li aut per uiam oris aut clisteri leui seu cōmūi aut suppositorii facti ex melle.

C. XIIII de uomitu infantium.

INfestantur autem infantes uomitu: aut ꝓpter multiudinē lactis q̄ digerere nō possunt. aut propter aquositatē eius. aut propter corruptionē eius & maxīe ſtāte debilitate stomachi infantis aut prouēit ꝓpter uermes: aut propter frigiditatem aeris. extrīsicā aut frigiditatē aut caliditatē nutricis. Summa autem cura adhibenda est in cognitione causarum uomitus infantis. quam ex ipsius relatiōe habere minime possumus: Sed inquirere a matre uel nutrice utrum assumat magnam quantitatem lactis. Et sugēdo ubera incurrat singultū. aut lac dicat esse multū. aquosum: aut grossum uiscosū quod cognoscimus p signa superius posita de dispositione lactis nutricis. Corruptionē autem eius comprehendimus ex fetore eius quod emittit per uomitum: Acetositatem aūt cognoscimus ex odore lactis emissi per noītū tēdētis ad aliq̄lē acetositatē. Frigiditatē

autem cognoſcimūs nutricis aut infantis. quia egōnes q̄ emittunt in pānis lineis ſi ſint tēdentes in colore ad uiriditatē aut ad aliq̄lē liuiditatē iudicamus hoc eſſe propter frigiditatem nutricis aut matris aut infantis. Si autē color egtiōnū eſt tendens ad citrinitatē aut ad nigredinem cum tranſlucentia iudicamus hoc magis eſſe aut propter caliditatē lactis nutricis aut matris aut propter īflammationem infantis. ꝙ ſi uomitus propter multitudinem lactis fuerit tunc prohibe multitudinē lactis. ꝙ ſi ſentit᷑ odor acetoſus & appareat hūor albus adhuc cōmixtus cū lacte ſecundum ſententiam Auicēne q̄uis dubitatiue loquat᷑ tria grana ordei ī pōdere gariofiloꝝ adminiſtrare īfanti ꝑ uiam oris curat. Secundum autem modum cōmunē practicādi eſt facere infantibus teneris etatis ſtāte ſtomachi frigiditate unctionē ſtomacho cū oleo de ſpica & oleo citōioꝝ Et ꝓbatū ē. Quod maxime expertus ſum Non ſolum īfantibus teneris etatis ut duoꝝ mēſium uel trium. Sed uſq; ad ſeptem annos & ultra & ualet etiam contra uomitum uermiū. Q̄ eſt

℞.olei de absinthio de menta olei masticini citonior ãn·ʒ.ii.Sper absinthei mente ros. ãn:ʒ.ß. aloes grana ii.aceti par cere q̄ntum sufficit fiat ungentū molle Imo & infantes patientes ꝓstractionē appetitus facta uncti one mane & sero ante lactationem uel cenā maximo cum appetitu lac sugunt:& cibum sumunt si ipsum camedunt Expertus etiam sū. si deglutire possunt īfantes ut colligitur ex sententia Auicēne.i3.ʒii. de cura uomitus. Et sextadecīa ʒii de cura colirice passionis administrare parū syrupi de menta cum uino granatorum Et est mirabile non solū in pueris & infantibus.sed etiā ī corporibus adultis.saluo tamen semper q̄ nullatenus uomitus cohibendus seu constringēdus est nisi ꝑducat ad aliq̄lē debilitatē seu lassitudinē quia sepissime uomitus curat uomitū.testat̄.

Auicēna sexdecīa.ʒii.de cura colirice passionis. Cōpetūt etiā hec remedia s̄m sentētiā Ras.stāte causa frigida.℞ olibāi septimā ptē ʒ.nnius rute s cce ʒā ptē:ʒ.puluerisa & misce cū syr̄.ros.& da puero aut accpiat nutrix par cimīi & par sumach & pōat ī ore pueri

Aut q͞p sepe expertũ est secũdũ sentẽtiã Ras.
℞ lignialoes masticis ãn .ʒ.ß. galãge septimã
ptẽ.ʒ. molle totum .i. fac puluerẽ & confice
cũ syrupo ros & da puero antequam sumat
lac. deinde pone super stomachũ pueri hoc
emplastrũ. ℞ masticis aloes acacie galle oli-
bani panis usti confice cum oleo ros & põe
sup stomachũ. Est enim exptũ ad uomitũ &
soluiã pueror℞: Si autẽ ĩ uomitu fuerit odor
acutus Et res q̃ euomũtur declinãt ad aliq̃lẽ
acuitatẽ & citrinitatẽ tũc cura sit ut admini
stres ĩfanti rob agreste aut succũ uel miuam
citonior℞ aut syrupũ de berberis: aut de ribes
aut syrupum ros: Si autẽ ĩfantes adulti sint
cõpetunt & trosci isti ℞. ros spodii ãn.ʒ. iiii.
gallar℞.ʒ. ii.ß.karabe seĩs portulace seĩs lapa-
cii acuti ãn.ʒ. i.cõfice cũ aq̃ ros.uel cũ aqua
mali granati ad põdus.ʒ.i.puleriset tociscus
unus & cũ syrupo ros aut miua citõior℞ aut
de ribes ĩfanti det ßm totũ aut secũdũ ptẽ: de
inde administet emplastrũ super stomachũ
quod ẽ maxime cõferens uomitui & fluxui
uentris puerorum q͞p tale est ℞.farine ordei
rubi. uiridis mali granati corticis ãn cõfice

cum aqua rof aut oleo rosfarum onfancino & stomacho applica Secũdũ aũt sentiam ysaac Stãte uomitu flegmatico est accipe calamẽtũ crocũ aristologiã lõgã & cũ succo mẽte misce ĩfãti administrare & ẽ mirabile Et phibẽda ẽ nutrix a grossis & flegmaticis cibis & a coitu Et si pregnans esset mutanda est omnino

C. XIIII. de fluxu infantium.

INfestãt aũt infantes fluxu uentris nõ solũ tpe emissionis dentiũ sed et post et ante Variis de causis: uidelicet aut pp ter cor ruptionẽ lactis aut ppter multitudinẽ eius. aut ppter caliditatẽ lactis aut eius frigiditatẽ et aquositatẽ Aut ppter deglutiõis multitu- dinis saliue aut ppter lac assumptũ a nutrice pregnãtis aut a debilitate stomachi infautis

Quod si causetur fluxus uentris propter corruptionem lactis rectificandum est lac cũ his q̃ dicẽt inferius de rectificatiõe lactis

Quod si ppt multitudinẽ abstinẽdus ẽ ĩfãs a lactatiõe ne tãtã quãtitatẽ lactis assũat/ꝙ si ppter caliditatẽ lactis ꝙ cõprehẽdit ex citri- nitatẽ eorum q̃ emittũt p uiã fluxus aut ppter frigiditatẽ et humiditatẽ lactis seu nutricis

rectificandū est lac. ut dicetur ĩfra Si autem
ꝑpter debilitatem stomachi ĩfantis. cōpetūt
ēbrocatiōes & unctiones superius nomĩate
de cura uomitus causati a causa calida aut
frigida sed unū premittēdū est. ꝙ nullatēus
fluxus uētris cohibendus ē nisi adueniat ti-
mor ꝓductionis ad debilitatem ¶ Cui fluxui
uētris a leuioribus inchoādo secūdū sentētiā
¶ Auicenne debemus embrocare uētrem ex
decoctiōe seminis rosẜ. & cimīo. & aniso. Et
hoc stante fluxo causato a frigiditate magis.
aut ex cimino & rosẜ ĩ aceto ĩfusẜ et decoctis
Quod si non cōtulerĩt sexta pars ʒ. unius
coaguli edi exhibēda ē cū aqua frigida ĩfāti
De exptis autem maxĩe cōueniētibus stāte
causa supradicta ē accipere. ʒ. i. reubarbari
torefacti & cū uino aromatico administrare
Rasis autē docet nos administrare quartam
ꝑtem. ʒ. unius. olibani & administrare hoc
emplastrum stomacho et uentri puerorum.
℞. croci mirre & cere quātū sufficit aut cum
uino cōmisce et pone super uentrem. ꝙ si
fluxus causatus sit magis a causa calida. Et
infans possit sumere ꝑ uiā oris det syrupus.

rosarū aut miua citoniorum cum syrupo de menta: dūmodo semper predomīetur miua aut syrupus ros. ¶ De rebus autem expertis maxime si sunt pauperculi sūt nuclei nucū torrefacti & ante cenam & prādiū sumere. Et sorbe & citonia assata: aut pistare ea & uētri apponere. si deglutire non possunt. Emplastrum conueniens fluxui puerorum. ℞. dactilos immaturos infundātur per noctē in uino stiptico postea datur oleū de semīe lini & mirtini & masticini & uariantur olea in dosi secundum intentionem calefaciēdi aut infrigidandi Et uentri administretur Emplastrum conferens fluxui causato a causa calida. ℞. succi arnoglosse centinodie ān ℥ ß. farine tritici ʒ. iii. aceti parū albumīs ouorum duorum. distempera & calefac & uētri appōe. Quod si fortius restrīgere uolueris ℞. rosarum thuris masticis boliarmeni. sanguinis dracōis absinthei costi amari. baluastie. psidie coquantur in aqua & in illa decoctione sedeāt pueri. aut īfātes Et fomētationē facias pedibus aut tibiis. Et si fortius adhuc restrīgere uolueris ℞. duas ptes cōsolide maiorꝫ

& alias duas plātagīs & lanceole & cū succis eorū distēpa argillā & fac in modū ēplastri malaxādo inter māus & superpone ūbilico ¶Res autē familiares & domestice que cōmūi usu apud modernos applicant᷑. sunt sicut clisteria facta ex decoctiōe ordei torrefacti cum melle rosato. non stante excoriacione intestinorum. Stante autem excoriatione intestinorum adde par᷑ sepi hircini aut castrati aut trociscos de karabe aut terra sigillata: aut stelle aut pulueris rosarū aut pulueř tapsibarbassi. usti Vētri autem apponere. Emplastrum diafinicon descriptiōes Mesue ex ipsius inuētione. aut ex īuentiōe andromati aut unguētū de corticibus aut ēplastr᷑ de ros᷑. descriptiōe Mesue. aut emplastrum de gallia descriptione Mes᷑ Si autē alia expta uidere uis ad cōstrigendū uētrē lege in secretis Galieni Et reperies ēplastr᷑ cōferens sputo sanguīs & uomitui & fluxui uētris Sic etiā habes idē. a Rasi in secretis ꝓpriis.

¶C.XV. de stipticitate infantium.

MOlestantur quādoq; infantes ꝓhibitiōe exitus fetum: seu stipticitate aut ꝓpter

uiscositatem lactis si lactētes sunt: aut quia si non sunt lactentes sumunt cibaria multū stipticātia. sicut comestio casei aut citoniorum aut castanearum aut comestio nucū maxiē assatarum. aut sorbe aut mespile aut alia similia ¶ Si infans sit lactans & paciatur stipticitatē uētris ex uiscositate lactis. quod cognoscitur ex uiscositate lactis nutricis uel matris ut declaratum est superius de conditionibus requisitis in nutrice Et secundum sententiā. Auicenne tertia. primi. C. de egritudinibus que infantibus accidunt ¶ Tribuendum sit ī potu stercus muris aut suppōitoriū ex solo melle cocto aut cū mentastro aut cum radicibus ireos sunt. s. uirides. aut combuste aut debeamus administrare infanti parum mellis aut terbentine s̄m. quātitatem unius ciceris ¶ Et uenter eius sit fricādus subtiliter cū oleo coī aut sup femur ipsius ponēdū sit fel uaccinū: tamē s̄m. modum coēm & clarū & expertum est in primis mensibus facere suppositoria ex stercore mur̄ magni aut ex melle & stercore mur̄ puluerisato ut alchool: aut ex melle & sale contrito bolito cum.

melle aut ex āxugiā porciā & stercore muř
Et ex āxugiā pociā & sale cōestibili. aut ex
lardōe salito. prius īūcto cū oleo sicut cōiter
uulgares oēs utūť aut ex clisteri molli facto
ex brodio pulli aut carnis castrati cū zucca-
ro & parū salis nō apponēdo oleum aliquo
modo: ne si infans patereť uermes simus cā
ut uermes petunt magis partes superiores.
¶ Competitq́ clistere factum ex lacte capraꝝ
aut asinarū aut camelarū quod melius est.
Sed quia parentes aliquando maxime infe-
stāť & nolunt medicis obedire ī immissiōe
suppositorii aut clisteris tunc accipiendum
est medietas corticis nucis magne comesti-
bilis & implere ipsam butiro recenti una
cū felle thaurino. Et sup ūbilicū apponere
Et uētrem infantis totum butiro īunguere.
aut pedes infantis tali unctiōe sūt unguēdi·
leui tamē unctione. ℞. elebori albi & nigri
hermodactiloꝝ accori succi sēpuiue brionie
ān partes equales conficiantur cum āxugia
porcina ueteri. Et quāuis etiam cōpetat un
guentum arthanite: tamen est periculosum
ideo potius dimitendum est. Cōpetūt etiam

suppositoria facta ex capitibus porrorum cum sale. Sed solemne unum nō dimittēdū aliquo modo. Est accipe penidias & formare suppositorium. Et post aque salite īfundere & infanti supponere. ¶ Q si infans nullatēus posset per superius aut per inferius accipere tunc adhibēda est medicina nutrici seu matri. ¶ Deinde post spacium quinq horarum lactandus est infans. ¶ Q si infās adultus sit ut possit aliquid deglutire. quia si duorum annorum. aut trium usq ad septem. possumus administrare medicinas lenitiuas solemnes sicut ieram simplicem: aut ieram pigrā usq ad. ℥. i. cum lacte mulieris. aut cū uino aromatico: Sed qa iere iste sunt abhominabiles propter amaritudinē: possumus admīstrare parum infusionis casie aut manne in uino aromatico aut parum īfusiōis reubarbari. aut electuarī īdi. aut psilii. aut dyaturbit cū reubaro sm. necessitatē & distictionē materierum peccantium. aut pillulas de aloe abluto. aut de iera simplici. aut de iera pigra. hoc autē totum sit in discretione opantis. quia non possumus nisi sm. distictionē cōplexionum

īfātiū opari. Sed unū exptū admīstrādū in forma potabili pretermittere nullatēus ītēdo

℞.ciamōi zizibī ān partem.i.ſpice anisi ān ptem ß. epithī partes viii. reubarbari ſene ān partes.iiii. zuccari optimi partē mediam omnia adminiſtrētur cū lacte mulieris aut cū uino aromatico aut cū aliquātulo brodio pīgui uſqꝫ ad ʒ.ß.cōpetit enī hec cōfectio.℞ folliculoꝝ ſene uiridiū abiectis ſemībus coſti ān ℥.i. ciamomi .ʒ.iii.croci ʒ.i. zuccari ad pōdus oīum Doſis eſt.ʒ.ß. īfantibus cū aliqntulo brodii.magis aūt adultis ʒ:i āte cibū.

C.XVI.de tenaſmōe infantiū ſiue cōtinua uoluntate egerendi.

